Haben die herren Königliche Commissarij an Erinnerungs schreiben wegen des Subsidij Ein folgett eingeben Lassen.

Literæ adhortatoriæ Dnorum Commissariorum Regiorum ad Ordines Ducatus Prussiæ in Sº Subsidij.

Quod tantopere a Vobis desideratum est Ampl.mi et Ornat.mi Ordines, ut sub auspicijs atque authore et duce Ill.mo Electore principe Vro de subsidio Regno Poloniæ, cujus membra estis, ferendo adversus immanissimum et potentissimum hostem decernere vobis liceret, dum ad vota vestra cedere contigerit, atq; jam intellexeritis excelsi animi propositum Principis Vri, qui deesse non vult communi Patriæ, qui suam magnanimitatem et juvandæ Christianitatis universæ, atq; eorum quibus se grato obstrictum beneficio agnoscit, Salutis insigni gratitudine atq; notabili sane subsidio testatum vult studium.

Virorum etiam est partium Ampl.mi Ordines probatum facere, quam avide et quam grato animo auspicia Regiminis Ducis Vri Ser.mi Electoris suscipiatis, cum studium ipsius non gravate sequi institueritis. De subsidio agitur: Subsidium ergo vere ut sit praeclaræ mentis debet esse cogitatio: Nec enim quid et quod Amplitudini atq; nobilitati hujus Provinciæ celeberrimæ, periculiq; magnitudini non correspondeat, an subsidij nomine dignemini. Meministis Amplissimi Ordines quam spem in principio de subsidio hujus modi excellentia in animis nostris excitaveritis? respondeat ergo res ipsa expectationi nostræ, desiderio Ser.mi Regis, studio Ill.mi Electoris, debito vero vestro erga communem patriam et vosmet ipsos de Vra enim pariter salute agitur. Cum Vro hoste res est, cujus impetum ex ultimis Syriæ finibus

exorto brevi tota cessit Asia, atque ad fines us[que]
Germanorum et Sarmatarum sese extendit ejus imperium. [...]
ergo impetui ejus non graviter sane sed summis conatibus [...]
resistendum. Videtis quam totum Regnum et Vestri Compatri[otae]
Pruteni, qui idem littus maris accolunt, eidem ripae Vistulae [...]
cum assident et quibus communia fere vobiscum omnia ex[...]
quasi viscera et vires suas non cedere ergo studio vicinis
nobilis animi res est, si non unius corporis membra nobisc[um]
essetis sed saltem vel socii vel Confoederati? Cogitate qui[d]
ageretis dum in nostro periculo vestrum versaretur. Ne
igitur privati affectus et commoda distrahant vos rogamus
Amplmi Ordines atque petimus iden[tidem] saepius ut in laudando sub[si]
dio et rem et nomen consideretis atque prius quantitatem sub
sidii concludatis. Hoc enim ad publicum bonum et Commu[ne]
spectat, quam ad tractatum de modo contribuendi condescen
datis, qui inter vosmet ipsos publicis expeditis facile constitu[ere]
poteritis. Stativorum etiam ad breve sane tempus memores
vos esse velimus. Quos iterum atque iterum rogamus et requirimus
velint in iis omnibus comprobare S. R. Mti, Universoque Regno
atque ipsimet Illmo Electori et Vrae patriae Consiliarii promp
titudinem consilii, Ordo nobilium generositatem mentis, Civi[tates]
Civilitatem animi relaturi meritum apud Deum, quod off[icio]
vro in juvanda communi patria et propellandis commun[ibus]
periculis non defueritis, Rae Mtis reportaturi gratiam
et Regni gratitudinem atque apud omnes laudem, quo[d]
sine mora. Atque cum Amplmes Vras prompte fu[tu]
ras speramus, quod sine mora se expedituras receperant, [...]
tantum, ut calcar generosae menti adderetur, paucis ad [...]
scriptis studium nostrum propensissimum ais deferimus et
felicem eventum atque cum promptum consilii [...]
pectamus

Ampltum Vrarum
Studiosissimi

Legati et Commissarii
S R Mtis.